



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus Episcoporum Hildesiensium

Letzner, Johannes

Hildesheim, [ca. 1690]

XXVI. Conradus I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64252)

more loci aut tabe putrescentis corporis, sed integram & illaeram hodieum perdurare. Obiit tandem Berno Anno 1198. Octavo Episcopatus anno. Sepultus in navi Cathedralis Ecclesiae.

XXVI. CONRADUS I. Ex illustri Comitum Familia, vel de Querfurdt, ut sentit Letznerus, vel Reinstein aut Rabenspurg; ut vult Bruschius, S. R. I. Cancellarius, vir literatus & facundus, cum Imperatore Friderico Barbarossa Anno 1189. profectus est in expeditionem Hierosolymitanam, cumque is in Armenia merus in amne deficeret, Fridericus Filius Imperatoris & Conradus Cancellarius curam exercitus suscepere, & in Terra sancta rem diu sustinere. Sub ejus ductu inchoatus est Ordo Teutonicorum Militum Divae MARIE, initium facientibus Civibus Bremenibus atque Lubecensibus. *Krantz. l. 7. Metrop. c. 9.* Resignato subinde Episcopatu Lubecensi, Conradus Hildesensem adiit Anno 1198. ac postea Herbipolensem, suasu Philippi Regis, Sueviaeque Ducis. Vir fuit summæ apud omnes authoritatis, justus & æquissimus, prædonum latronumque osor summus. A duobus Equitibus auratis, in Francia Orientali, ob facinus aliquod ab ipso reprehensus, ex insidiis inopinatò interfectus, Anno 1203. 3. Decembris, summo omnium luctu in Chorum Basilicæ deportatus & ibidem sepultus est.

XXVII. HARBERTUS Ex Familia Nobilium de Bevelde per gradus Officiorum Canonici, Cantoris, Præpositi, ad apicem Episcopatus conscendit; ob raras corporis & animi dotes, spemque eximiam